

2073

## L I T U R G I C I.

2074

## DCCCXLII.

R. 1637 Codex membraneus germ. Sec. XIV. Folior. 84. f. maj. chara-  
ctere luculento, crasso perscri-  
ptus, initis omnibus Icunculas au-  
ro coloribusque picturatas, S. Pa-  
ulum et ejus Auditores exhibentes  
praeferens, priusque *Bibliothecae*  
*Civicae Vindob.* ejus Apostoli *E-*  
*pistolas*, non prout in Bibliis se  
excipiunt, sed prout in Missae  
Officio per annum leguntur, com-  
plectitur, ita tamen, ut saepe non  
sistatur, ubi sistit Officium, sed pro  
libitu ulterius lectio procurrat,  
quaedam etiam Περιπτῶαι, maxi-  
me versus Codicis finem, inferan-  
tur, quae Officio non serviunt.  
Dabo titulum et Versionis speci-  
men: *Hy heben sich an di episteln*  
*di man liset in dem iar di vns be-*  
*schreibt sent paul, vnd daz ist der*  
*erste suntag in den advent. Fratres*  
*Scientes quia. Bruder ir sult wiß-*  
*sen daz sein nu czeit ist. Daz wir*  
*ouffsten von dem slafe, wan unser*  
*bail nu neber ist Dan do wir erft*  
*gelaubten. Dy nacht ist vorgan-*  
*gen, vnd der tagt nebent. Da uon*  
*Julle wir von vns werfen dy werk*  
*der vinster. vnd fullen vns kleiden*  
*mit dem wafen dez lichtes &c. To*  
*fullen pro sollen suspicionem inter-*  
*pretis e Bohemia vel Moravia o-*  
*riundi ingerit; vel hodie enim Ple-*  
*bem ibi germanice loquentem *Gru-**

*schen, Kusten, Kuch pro Gro-*  
*schen, Kosten, Koch &c. sonare*  
*audias. Auget suspicionem hanc*  
*magna, quae inter Wenceslai Imp.*  
*Biblia Vol. I. P. I. col. 39. a me*  
*relata, et hunc Codicem interce-*  
dit, similitudo. Dubium denique  
propemodum omne tollit Θεα ἀπό  
μνήσεως e regione S. Pauli folii 1.  
margini adpieta Balneatrix illa  
Wenceslai fospita Susanna dextra  
fasciculum tegendis in balneo ve-  
rendis, laeva vero scaphiolum lo-  
torium praeferens, qualis in *Bi-*  
*bblii citt. et in splendidissimo Au-*  
*reae Bullae Carolinae Codice,*  
quem pariter Bibliotheca Palatina  
nostra servat, non semel vi-  
fitur. At quae fors praesentem  
Wenceslai Codicem in Civium  
Viennensium manus dedit? Dicam,  
quod sentio. Wenceslaum a. 1393.  
ope Susanna e Pragensi custodia  
elapsum tradit Historia, ex altera  
Viennensi ope Piscatoris evasit a.  
1402. Fieri igitur potuit, ut *Le-*  
*ctionarium* istud pro captivitatis  
solatio secum *Praga* delatum in  
turri, qua ad *Danubium* adtine-  
batur, fugitivus destitueret, illud-  
que repertum Senatus Vienn. Bi-  
bliothecae suae inferret. Quomo-  
do vero *Lambacherum* Bibliothe-  
cae hujus κειμηλία recensem fal-  
lere potuerit, non video.

## DCCCXLII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 163  
Folior. 212. f. per duas colum-  
nas sat nitide exaratus, rubricis-  
que distinctus exhibit: I. Exposi-  
tionem Epistolarum per anni de-  
cursum in Ecclesia legi solitarum,  
ad quam ita introducimur: *Cum*  
*sacrosancta mater ecclesia premon-*  
*strante spiritu non sine certarum*  
*causis rationum sacre scripture cer-*  
*tas particiones certis temporibus*  
*in*